AUGUSTINUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 73r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift



intellec

ptinens. Non enim aliquid aliud est quam anima. Sed aliquid animae est intellectus quam non aliud aliquid quam caro est oculus. Sed aliquid carnis est oculus. Cum autem carnis sit oculus. cetera tamen membra carnalia luce profundi possunt. lucem sentire non possunt. solus ea oculus ipse profundit et profruit. Sic in anima nostra est quidam quod intellectus uocatur. Hoc ipsum animae quod intellectus et mens dicitur illuminatur luce superiore. Ita superior illa lux quae mentem illuminatur dei est. Erat enim lumen uerum. quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Talis lux christus erat. talis lux cum muliere loquebatur. et illa intellectu non aderat. quia illa luce illuminaretur. nec tantum profunderetur uerum etiam frueretur. Ergo domina tamquam diceret illustrare uolo. Non adest quem uocas inquit uirum tuum. adhibe intellectum per quem docearis. quem regaris. Ergo constitue animam excepto intellectu tamquam feminam. intellectum autem habere tamquam uirum. Sed iste uir non bene regit feminam suam. non a superiore cum regitur. Caput enim mulieris uir. caput autem uiri christus. Loquebatur caput uiri cum femina. Non erat uir. et tamquam diceret domina adhibe caput tuum. ut ille suscipiat caput suum. quem uocas uirum tuum. Iuueni huc. i. adesto. presens esto. Velud enim absens es. diu non intelligis presentis uocem ueritatis. Presens esto sed noli sola. cum uiro tuo adesto. Et adhuc illa non dum aduocato illo uiro non intelligit. adhuc carnem sapit. absens est enim uir. Non habeo inquit uirum. Et dominus sequitur. et mysteria loquitur. Intelligas reuera istam mulierem non habuisse tot uiros. sed putebat nescio quem legitimo uiro. ad uitero magis quam uiro. Et dominus ei. Bene dixisti. quia non habeo uirum. Unde quia tu dixisti uoca uirum tuum. Et audi quia bene nouit dominus non eam habere uirum. Dic ei Iceta. ne forte putaret mulier idcirco dixisse dominum. bene dixisti quia non habeo uirum quod hoc a muliere didicerit. non quod ipse ista diuinitate cognouerit. audi aliquid quod non dixisti. Quinque enim uiros habuisti. Istum quem habes non est tuus uir. hoc uere dixisti. Iterum cogit de istis. v. uiris subtili aliquid perscrutari. Multi quippe intellexerunt non quidem absurde. nec usque quaque improbabiliter. quinque uiros mulieris hui. v. libros moysi. Utebantur enim eis samaritani. Isti sub eadem lege erant. Nam illis inde et circumcisio in erat. Sed quo angustiam nos quod sequitur et nunc quem habes non est uir tuus. iudex mihi faciliu nos posse accipere. v. uiros poresse animae. quinque sensus corporis esse. Quando enim quisque nascitur ante quam possit